

1158

folys illas gubilge,
domini ibrogaffe. P

opere marmoreo, quæ arcus Romanis dicebatur, ad honorem antiquiorum imperatorum facta, non longe a porta illa inter stationes domini imperatoris et portam illam stabat, in qua Mediolanenses milites suos posuerant ad defendendum ibi stationes imperatoris, homines stultissimi. Quos imperator militia sua circumdans tutum illam maximam cum eis ad terram ~~deici~~ deici precepit. Qui solam vitam ab imperatore exstantes tutum predictam domino imperatori reddunt, in qua dominus imperator fortem locat militiam. Papienses, Cremonenses, Lonellum castrum fortissimum, Moyce¹ et plurima alia castra Mediolanensium et aliorum adversariorum suorum destruiunt. Boemi vero castra, villas comburunt, mulieres quoque pulchras iuenculas multas rapiunt, secum in castra deducunt, quas dominus Daniel, Pragensis episcopus, de manibus eorum quasdam precibus, quasdam pecunia liberans domino Peregrino, archidiacono suo, custodiendas committebat, qui eas in sensorio suo fideliter custoditas, recreatas, et consolatas in civitatem Mediolanum fideliter deducebat.

mediolanum L

1) Monza